



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

**Nicolai Cavssini Trecensis E Societate Iesv, De Eloquentia  
Sacra Et Hvmana**

**Caussin, Nicolas**

**Coloniae Agrippinae, 1626**

Eius dignitas. Capvt Primvm.

---

[urn:nbn:de:hbz:466:1-68724](#)



DE  
DISPOSITIONE  
ET PARTIBVS  
ORATIONIS.

LIBER SEXTVS.

*Eius dignitas.*

CAPVT PRIMVM.

**D**ispositio-  
ne excel-  
lentia.  
  
**Fab. I. 7.**  
**Natura**  
**fit per or-**  
**dinem,**  
**Ordo,**

**V**ingenij fontes inuentio, sic iudicij dispositio recludit, qua nulla virtus ad pulchritudinem orationis aptior, concinniorum reperiiri potest; ut à qua omnis concinnitas, & præcipuis emergit in structura decor: Neque enim, vt ait Quintilianus, quanquam fusis omnibus membris, statua sit, nisi collocetur: & si quam in corporibus nostris, aliorū mye animalium partem permutes, atque transferas, licet habeat eadem omnia, prodigium sit tamen. Et artus etiam leuiter loco moti perdunt, quo viguerunt vsum: & turbati exercent sibi ipsi sunt impedimento. Nec mihi videntur errare, qui ipsam naturam stare ordine purant, quo confuso peritura sunt omnia: sic oratio carens hac virtute tumultuetur necesse est, & sine rectore fluit, nec cohæret sibi, multa repeat, multa transeat, velut nocte in ignotis locis errans, nec initio, nec fine proposito casum potius quam consilium sequatur. Hæc ille.

Ex quibus multorum huius temporis scriptorum imperitiam redarguas, qui præferui-

do quodam ingenij calore accingunt se ad scribendum, antequam quid velint, aut quomodo secum fuerint meditati.

Quamobrem toto orationis cursu videoas volantem stylum, & ludibandum, qui in aëre vndeque flosculos aecupatur, solidæ rationis parum, aut nihil haber. Destituitur enim iudicio, qua pars est eloquentiae optima, ac per totum corpus sermonis æquabiliter difusa: huic pondere subsultans levitas firmatur, imperfecti ingenij foetus veluti lambuntur, & formantur, omnis denique ratio, ac cultus enitescit.

*De prudentia Dispositionis, & iudicio.*

CAPVT II.

**P**rimæ partes dispositionis sunt ex ampla rerum copia, quas siue lectio authorum dispositio-  
suggererit, siue fons ingenij profuderit, pau- nis prima-  
ca, & præclara feligere. Vehementer enim er- pars dele-  
rant (quod superius docui) qui in eo decus est illus.  
loquentiae situm existimant, si quam maximè prolixas ora-  
prolixas orationes habeant, & nihil corum, tiones fugi-  
qua endet.